190

Sigismundus primus rex Poloniæ civitatibus et nobilitati Prussiæ.

Providi fideles dilecti. Propter multiplices et arduas necessitates reipublicæ istarum terrarum Prussiæ, indiximus conventum Torunij pro festo sanctæ Barbaræ proximo, ut in eo consulatur communi et maturo consilio, de eisdem necessitatibus, mandamusque ut ad eundem conventum veniatis, et de rebus necessariis, et his quæ per nuntium proponentur consulatis, sub obtentu gratiæ nostræ aliter facere non ausuri. Datum Cracoviæ 1524.